℞. *Sang. Hirc. ppt.*
Ebor. ppt.
Spin. Viper. ppt. ana ʒj.
M. f. p. ſ. div. in vi. *doſ. æqu. ad ch. m. & v. in juſculo ſumendas.* Vel

℞. *Ocul. 69. ppt.*
Antimon. diaph.
Bezoard. min.
Terræ ſigill. ana ℈ij.
Sal. vol. C. C. ℈j.
Sacch. penid. ʒß.
M. f. p. ſ. div. in vi. *doſ. æqu. ad ch.*

CAPUT XVI.

De Diſcutientibus.

§. 1.

Diſcutientia remedia vocantur, quæ Humorem inſpiſſatum alicubi ſtagnantem reſolvere, attenuare, & ſuæ fluxilitati reſtituere, ſicque Tumores varii generis, à ſtagnationibus oriundos diſſipare valent. *Aliàs* etiam *Rarefacientia, Diſſipantia, Reſolventia externa* dici merentur. *Diſcut. definitio.*

§. 2. Horum uſus latè patet, cùm valdè multi affectus externi ab humorum ſtagnatione proficiſcantur, quemadmodum *Inflammationes, Abſceſſus, Eryſipelas, Oedema, Scirrhus, Gangræna, Sphacelus, Dolores, Arthritis, Rheumatiſmus, Hydrops* &c. in quibus Diſcutientia locum inveniunt, quando Medici conſilium eſt, mali cauſam proximam & inhærentem profligare, id eſt, Humores vitiatos in Vaſculis partium obhærentes, diſſolvere, & ſuæ circulationi reſtituere. *Uſus.*

Modus agendi. §. 3. Talem verò effectum Discutientia obtinere videntur, virtute particularum, quæ activitate & subtilitate superant moleculas Humorum, in suis canaliculis stagnantium, ita ut quando applicantur hæc remedia, in forma *Fomenti*, aut *Lotionis*, aut *Epithematis*, *Embrocationis*, *Balnei*, *Emplastri*, *Unguenti*, &c. tum particulæ subtiles illorum poros cutaneos ingressæ, & intra ipsos tubulos admissæ, cum impetu in crassiores Humoris stagnantis allidant, coagulatas dissolvant, viscidas attenuent, lentas propellant, sicque intestinum motum producendo, universam humoris copiam exsolvant, atque dispellant, tanto id magis, quando simul fibrillæ elasticæ Vasorum, activis & spirituosis horum remediorum particulis stimulantur, & animantur, unde suo tono, elatere & nisu invalescunt, humoremque contentum eo efficaciùs propellunt.

Principia. §. 4. *Principia* in Discutientibus reperiuntur varia, sed potissimum spirituosæ, subtiles, acutæ particulæ in iis dominantur, nunc *aromaticæ*, sive salino *volatiles oleosæ*, velut *in Croco*, *Angelica*, *Rutâ*, *Mentha*; nunc *sulphureæ volatiles*, cum *acido conjunctæ*, & in phlegmate quodam natantes, sicut in *Spiritu Vini*, *Cerasorum*, *Juniperi*, &c. nunc *resinosæ*, *gummosæ*, &c. ut in *Myrrhâ*, *Terebinth.* nunc *oleosæ* subtiles, ut in *Camphorâ*, Oleis destillatis *Juniperi*, *Rorism.* &c. nunc sui generis *mercuriales*, ut in *Emplastro*, *Unguento mercuriali*, nunc *aquosæ*, mineralibus *sulphureis*, *nitrosis* &c. armatæ, prout in *Thermis*, nunc demum terrestribus, porosis, quæ nonnisi calore extrinseco vim discutiendi absolvere videntur.

Materia. §. 5. Materia Discutientium probatissima sequens est: Ex regno vegetabili *Radices Angelicæ*,

Imperat.

Imperat. Dictamni, Galang. Zedoar, Mutellin. Cortex medianus Sambuci, Herbæ Rutæ, Calaminthæ, Menth. Salv. Serpill. Origani, Major. Rorism. Meliss. Absynth. Matriar. Scordii, Sabinæ, Cherefol. Piperit. Persicar. Abrot. Tanaceti, Ocymi, Thymi, Lavend. Hyssop. Aristoloch. Chamomill, Flores Sambuc. Melilot. Chamom. Semina Tritici, Zeæ, Avenæ, Milii, Anisi, Fœni græci, Carvi, Cumini, Baccæ Junip. Lauri; Furfures, Aromata quævis, Crocus, Gummata & Resinæ, *Camphora, Myrrha, Succinum, Storax, Benzoin, Ammoniac, Anima, Bdellion, Elemi, Juniper. Galban. Tacamahac. Terebinthina, Resina, Pix.* Ex eodem regno præparata & composita habentur *Acetum Vini calidum, Vinum calid. Fœces Vini, Spiritus Vini simpl. vel rectif. vel camph. Cerasor. nigr. Junip. theriacal. camph. Lil. conv. Anthos, Meliss. Antapoplect. Anhaltin. Matrical.* Olea infusa, vel cocta, *Aneth. Chamomill. Melilot. Absynth. Colocynth.* Item Olea destillata, *Lavend. Rorism. Major. Spicæ, Junip. Tereb. Succin. Pini, Rutæ*, &c. *Ungt. alb. & rubr. camph. Ungt. mercurial. Emplastra de Bacc. Lauri, Beton. Diaphor. Mynsf. de Melilot. de Cicutâ, de Ranis Vigon. cum Mercurio, Oxycroc. de Sperm. Ceti, Norimberg. Ceratum commune, Santalinum, Balsamus Succin. Lavend. Rut. Essentia Croc. Myrrh. Aloës, Camphoræ, Species & trochisci fumales.* Ex regno animali hûc referuntur: *Stercus equinum rec. vaccin. columbin. Urina equi, bovis, vaccæ, Axungia, Castor. Vulp. Human. Serpent. Asciæ pisc. Spiritus vol. C. C. Ebor. Sang. hum. Formicar.* Ex regno tandem minerali discutiendi vim obtinent, *Farina calefacta qualiscunq;, Bolus alb. rubr. Creta, Sal commune, Cineres, Sulphur, Mercur. viv. Sal armoniac. Nitrum, Thermæ*, &c.

Formulæ

Formulæ Discutientium.

℞. *Spir. Vin. camph.* ℥iv.
Aqu. Calc. viv. ℥j.
Essent. Croc. ʒij.
Misc. detur ad Vitr. Ut lintea liquori calefacto immersa sæpius applicentur. Vel

℞. *Spir. Vini camph.* ℥iv.
Meliss. ℥j.
vol. C. C.
Sal. arm. ana ℥ß.
Tinct. Myrrh. ʒij.
M. d. ad V. ut supra.

℞. *Aqu. Calc. viv.* ℔j.
Mercur. sublimat. in Aqu. Ros. solut. q. s.
De solutione mercuriali affunde guttatim in Aquam Calcis, donec illa valde flava sit reddita, quam dein sæpius calefactam linteis excipe ad fomentandas partes.

℞. *Rad. Angelic. Imperat. ana* ℥ß.
Herb. Salv. Scord.
Meliss. ana Mj.
Flor. Chamom. Melilot. ana Mß.
Bacc. Lauri, Junip. ana ʒij.
Incisa & contusa coqu. in Vino albo pro fomentationibus. Vel

℞. *Rad. Valerian. Carlin.*
Vincetox. ana ʒij.
Herb. Scord. Menth.
Nicotian.
Flor. Sambuc. ana Mj.
Aloës, Myrrh.
Camphoræ ana ʒij.
Bolor. Stercor. equin. No vi.
Incis. & cont. coqu. in Vino alb. & cum linteis

hoc

hoc liquore calente imbutis, nec non insuper Spiritu Vini camph. irroratis, fiant fomenta.

℞. *Herb. Chamom. cum flor.* ℔ij.
Calaminth. Meliss.
Orig. Serpill. ana ℔ß.

Incisa insuantur sacco, qui coquatur in Aqua fluviali, pro balneo.

℞. *Farin. volat.* ℔ß.
Bol. alb. & rubr. vulg. ana ℥iij.
Cretæ ℥ij.
Flor. Sambuc.
Melilot. ana ℥iß.
Camphor. ʒvj.

Misc. fiat Pulv. subt detur in ch. Ut aliquot manipuli inde calefacti, & linteo instrati calidè applicentur, singulis bihoriis renovando, in *Erysipelate, Arthritide, Oëdemate.*

℞. *Flor. Sambuc. Melilot.*
Chamomill. ana Mij.
Bacc. Junip.
Sem. Carvi ana ʒiij.
Salis armon. ℥ß.
Camphoræ ʒij.

Incisa & contusa insuantur sacculis duobus, qui alternis vicibus fumo juniperino calefacti applicentur.

℞. *Olei dest. Junip. vel*
Abiet. vel
Succin. ℥j.
Spir. Sal. arm. ℥ß.

Misc. detur in Vitr. Ut inungatur sæpius.

℞. *Balf. Lavend. vel*
Rorism. vel
Succin. ʒij.

D. in pyx. ut temporibus inungatur.

℞. *Ungt.*

℞. *Ungt. camph. alb. vel*
rubr. ℥j.
Ol. Philos. ℥ß.
Misc. detur ad pyx. ut quotidie aliquoties inungatur.

℞. *Empl. de Ran. Vig. cum 4druplo*
Mercur. ℥j.
Malax. Oleo dest. Succin. inducatur linteo expanso, & applicentur emplastra quotidie renovanda.

CAPUT XVII.

De Anodynis, Paregoricis, Narcoticis, Hypnoticis.

§. 1.

Anodynorum definitio.

QUum in Machinâ humanâ nihil frequentius occurrat, imò fortè nihil magis eandem affligat, quàm *Dolor* à variâ partium læsione contingens, Mortalium fermè primæ curæ fuisse videntur, ea invenire *Remedia*, quæ Dolori quomodocunque mederi, & inde inquietatam Machinam ad dulcem quietem reducere possent. Hæc autem Medicamina, quæ Dolorem quomodocunque sistere, spiritusque animales in partium læsione incommodè motos, ad dulcem quietem revocare valent, *Anodyna*, vel *Paregorica*, aut si simul somnum inducant, *Hypnotica*, *Narcotica* vocantur.

Modus agendi.

§. 2. Cùm autem dolor præcipuam originem trahat, à contristato sensu Tactûs in hac vel illa parte nervosâ, aut membranaceâ, sive internâ, sive externâ: cumque tristem hanc sensationem ea omnia inferant, quæ unitatem fibrarum nervearum sive lacerando, sive pungendo, sive mordicando,

sive